Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermones - Cod. Aug. pap. 92

Goetz, Uldaricus

[Reichenau], [15. Jahrh.]

Evangelia in missis defunctorum

urn:nbn:de:bsz:31-88737

Visual Library

Ambrosius vendit oleum qui adulando alias mercedem mittit. De quo dicitur in psalmo. Oleum peccatoris non impinguet caput meum. Dum autem irent emere venit sponsus. id est Christus ad remunerationem bonorum. Et que parate erant id est per bona opera in caritate facta intraverunt cum eo ad nuptias. id est ad celestem gloriam. Et clausa est ianua. Hec ianua nunc adhuc indulgendum quia nunc omnibus aperitur. Ianua gratie ad intrandum que modo quasi omnibus penitentibus reseratur. Novissime vero in die iudicii venient et relique virgines dicentes. Domine domine aperi nobis. etc. Perpende quod vocant eum dominum, significans quod crediderunt in eum. Sed quid prodest ore invocare si operibus neges. At ille respondens ait. Amen dico vobis nescio vos. id est scilicet notitia approbationis qua soli electi a deo cognoscuntur. Vigilate itaque quia forte antequam veniat sponsus. Quia nescitis diem neque horam scilicet mortis vestre.

Evangelia in missis defunctorum

hoc evangelium legitur in cottidianis missis defunctorum

In illo tempore dixit Ihesus turbis iudeorum. Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in eternum. Et panis quem ego dabo ei caro mea est pro mundi vita. Litigabant ergo iudei ad invicem dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum. Dixit ergo eis Ihesus. Amen, amen dico vobis. Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam. Et ego resuscitabo eum in novissimo die.

postilla super evangelium

Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Johannis 6. Ante initium illius evangelii scribit sanctus Johannes in eodem capitulo. Quod iudei murmurabant de illo quod Christus dixit. Ego sum panis vivus qui de celo descendi. Et dicebant. Nonne hic est Ihesus filius Joseph cuius nos novimus patrem et matrem. Quomodo dicit ergo hic. Quia de celo descendi. Respondit ergo eis Ihesus et dixit. Nolite murmurare

mutabere invicem Nemo potest
venire ad me nisi pater qui mi
sit me traxerit eum Hinc patrem
sequitur ewangelium illud Ego
sum panis vivus. Tho. vivi
ficans comedentem Iste enim
cibus sive panis in manduca
tem non mutatur sed eum in se
mutat Sic dictum est sancto
Augustino Nec tu me mandu
cabis inter sic cibum carnis tue
sed tu mutaberis in me qui de celo
descendi. Tho. ut essem panis
hominum qui etiam panis angelorum
Unde in psalmo 68. Panem ange
lorum manducavit homo Si
quis manducaverit ex hoc pane
vivet metum in presenti per gratiam
Et in futuro per gloriam Et panis
quem ego dabo caro mea est
pro mundi vita Tho. Non dicit
pro mundi vita Tertia utilitas
huius sacramenti est non solum
ipsius sumentis et celebrantis
sed quasi totius ecclesie Quod non
contingit in aliis sacramentis
Nam wapitsmus solum prodest sus
cipienti Eukaristia non solum ce
lebranti sed etiam omnibus pro quibus
orat Et qui sunt de corpore ecclesie
sive sint vivi sive defuncti Et
ratio huius est quia in aliis sacramentis
continetur virtus et efficacia verbi
incarnati Hic autem continetur
ipse xpus fons et plenitudo
sanctitatis Et ideo plus se extendit
virtus eius Litigabant ergo
iudei adinvicem Dicentes Quomodo
potest hic nobis dare carnem

suam ad manducandum. Tho.
litigacio erat de hoc quod carnem
suam panem dixerit Intelli
gebant enim quod caro eius sit de
libus lacetanda Et ideo repugna
bant hoc impossibile et inquirentes
Dixit ergo eis ihesus Amen amen
dico vobis Nisi manducaveritis
carnem filii hominis. Ly. Sicut
enim in vita corporali cibus est ne
cessarius ad vitam conservandam
Ita in vita spirituali hoc sacramentum
est necessarium quia est vite spiritualis
conservativum Tertia sicut wapitis
mus est quedam spiritualis generacio
Ita Eukaristia est quedam spiritualis
nutricio Et biberitis eius sang
winem non habebitis vitam in
vobis. Ly. Non est intelligendum
quod hoc sacramentum sub utraque specie
fidelibus sit exhibendum Sed
tantum hoc modo a sacerdotibus est
sumendum licet enim in primitiva
ecclesia populus sub utraque specie
communicaret tamen propter periculum inde ordi
natum est ut populus non communicet
sub specie vini propter periculum effusionis
Et quia etiam secundum beatum thomam
de aquino in 4. di. 10. propter naturalem
concomitanciam sub una specie scilicet
panis et vini est totus xpus
Ergo qui communicat corpori communicat
et sanguini cum sub utraque specie
totus xpus continetur scilicet eius corpus
animam et deitatem. Qui man
ducat meam carnem et bibit
meum sanguinem scilicet digne
habet vitam eternam. Ly. tra
sed demum inhitante qui est
vita eterna Et ego resuscitabo

cum in nouissimo die et hom
quantum ad gloriam corporis. Hoc
ewangelium legitur pro defuncto

In illo tempore dixit
martha ad ihesum. Do
mine si fuisses hic
frater meus non fuisset mortuus.
Sed et nunc scio quia quecumque
poposceris a deo dabit tibi deus.
Dicit ei ihesus. Resurget frater
tuus. Dicit ei martha. Scio
quia resurget in nouissimo die.
Dicit ei ihesus. Ego sum resurrectio
et vita. Qui credit in me etsi
mortuus fuerit viuet. Et omnis qui
viuit et credit in me non morietur
in eternum. Credis hoc. Ait illi.
Utique domine. Ego credidi quia tu
es christus filius dei viui qui in
hunc mundum venisti. Postilla
illius ewangelii

Dixit martha ad
ihesum. Jo. xi. In
isto textu ewan
gelii scribit sanctus
Johannes in eodem capitulo
Quod christus dixit discipulis
suis lazarus mortuus est et gau
deo propter vos ut credatis quia non
eram ibi. Sed eamus ad eum.
Venit itaque ihesus et inuenit
eum quatuor dies in monumento
habentem etc. Tunc post pauca sequitur
ewangelium illud. Dixit autem
martha ad ihesum. Domine si fuisses
hic frater meus non fuisset
mortuus. Glosa quasi diceret
Tu es fons vite mors non
fuisset locum in presencia tua. Sed
et nunc scio scilicet frater meus sit

mortuus et sepultus fide certa
teneo. Quia quecumque popos
ceris a deo dabit tibi deus
quasi diceret potestas repellendo
mortem vitam conseruare.
Augustinus. Non dixit rogo te
ut resuscites fratrem meum. Non
enim sciebat si resurgere fra
tri suo vale erat. Dixit illi ihesus.
Resurget frater tuus. Glosa. Sed
illa intellexit hoc de resur
rectione futura que in fine huius
mundi a deo sequitur. Dixit
ei martha. Scio quia resur
get in resurrectione in nouissimo
die. Glosa. quasi diceret. Scio resur
rectionem generalem omnium hominum
futuram. Sed nescio utrum de
illa generali loqueris vel de
speciali fratris mei. Sciebat
autem ex doctrina christi. Quia
cum Saducei christo de illa
generali resurrectione audierat
vel eciam quia ex scripturis
legis et prophetarum de illa
resurrectione generali edocta fue
rat. Dicit ei ihesus. Ego sum
resurrectio id est causa resurrectionis quantum ad
corpus et vita quantum ad animam.
Qui credit in me qui sum
vita. Etiam si mortuus fuerit
scilicet per peccatum in anima viuet scilicet
vita gracie in presenti. Et omnis
qui viuit et credit in me non
morietur in eternum. Glosa. Et si
moriatur morte corporis que
est mors nature. Non tamen mor
te eterna que est mors ge
henne. Credis hoc. Augustinus

Xpus faciens fidem ipsius confessionem eius requirit et hoc ad humanam salutem. Ro. x. Corde creditur ad iustitiam. Ore autem confessio fit ad salutem. Ait illi Utique domine ego credo. Ego credidi quia tu es xpus filius dei vivi. Io. xi. scilicet naturalis qui in hunc mundum venisti scilicet per carnem assumptionem. In omni anniversario legitur hoc ewangelium

In illo tempore Dixit Ihesus discipulis: Amen amen dico vobis quia venit hora et nunc est quando mortui audient vocem filii dei et qui audierint vivent. Sicut enim pater habet vitam in semetipso sic dedit et filio vitam habere in semetipso. Et potestatem dedit eis iudicium facere quia filius hominis est. Nolite mirari hoc quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Postilla illius evangelii

Amen amen dico vobis quia venit hora. Iohannis quinto. Ante initium illius evangelii scribit sanctus Io. in eodem capitulo. Pater xpus dixit: Pater diligit filium et omnia demonstrat ei que ipse facit. Et maiora hijs demonstrabit ei opera ut vos miremini pre magnitudine. q. d. Vos miremini quod sanavi paraliticum qui fuit .38. annos in infirmitate sua sed adhuc maiora faciam quia suscitabo mortuos. Et ideo post sequitur evangelium illud. Amen amen dico vobis Quia venit hora scilicet in fine mundi. Et nunc est scilicet etiam in presenti. Quando mortui audient vocem filii dei. Quia ad vocem filii aliqui in presenti sunt resuscitati ut filius vidue. Luc. vii. Et filia archisinagogi. Mat. ix. Et etiam Lazarus. Ioh. xi. Sed in futuro et in fine mundi omnes resurgent et transibunt de morte ad vitam. Apostolus prima Chor. xv. Omnes quidem resurgemus. Sicut enim pater habet vitam in semetipso per essentiam. Et in hoc xpus ostendit equalitatem suam cum patre. Et potestatem dedit ei iudicium facere scilicet in quantum homo. Quia filius hominis est scilicet erit ab omnibus visibilis in iudicio bonis et malis. Nolite mirari hoc quia veniet hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius. Hoc fit in generali resurrectione omnium hominum. Tunc omnes resurgent ad vocem eius id est ad imperium eius. Unde ps. 67. Dabit enim voci sue vocem virtutis. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. Sed hoc additur ad denotandum quod fides sine operibus non sufficiat ad salutem. Qui vero mala

egerunt. Thomas Et mala acta per penitentiam non emendaverint in reſurrectione iudicij ad eternam dampnacionem. Mt. 25. Ibunt hij in ſupplicium eternum Iuſti autem in vitam eternam

Ewangelium aliud in miſſis defunctorum

In illo tempore dixit Ihesus diſcipulis ſuis et turbis iudeorum Sicut enim pater ſuſcitat mortuos et vivificat Neque enim pater iudicat quemquam ſed omne iudicium dedit filio Ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem Qui enim non honorificat filium non honorificat patrem qui miſit illum Amen amen dico vobis Quia qui verbum meum audit et credit ei qui miſit me habet vitam eternam Et in iudicium non veniet ſed tranſiet a morte in vitam

Sic et filius quos vult vivificat

non

Poſtilla preſentis ewangelij

Sicut enim pater ſuſcitat mortuos Joh. 5. Ante initium illius ewangelij ſcribit ſanctus Johannes in eodem capitulo Quod Ihesus ſanavit quendam infirmum qui habuit 38 annos in infirmitate ſua propterea perſequebantur eum iudei quia hec faciebat in ſabbato Ihesus autem dixit eis Pater meus uſque modo operatur et ego operor propterea ergo magis querebant eum iudei interficere quia non ſolum ſolvebat ſabbatum ſed et patrem ſuum dicebat deum equalem ſe faciens deo Tunc poſtea ſequitur ewangelium illud Sicut enim pater ſuſcitat mortuos et vivificat. Glosa. Quod eſt divine virtutis Sic et filius quos vult vivificat ſcilicet per potenciam ei equalem Unde primo Regum 2. Dominus mortificat et vivificat etc. Item Deut. 32. Ego occidam et ego vivere faciam Neque enim pater iudicat quemquam ſcilicet ſeorſum a filio cui ſit eorum una operacio ſed omne iudicium dedit filio. Actuum 10. Ipſe eſt qui conſtitutus eſt a deo iudex vivorum et mortuorum Ut omnes honorificent filium ſicut honorificant patrem. Glosa. Sicut enim pater et filius ſunt equales in auctoritate et poteſtate ſic debent eſſe equales in gloria et honore Qui non honorificat filium non honorificat patrem qui miſit illum. Glosa. Ecce quare pater vult filium honorari quia honor filij eſt honor patris et equalis Amen amen dico vobis Quia qui verbum meum audit et credit ei qui miſit me. Glosa. fide formata habet vitam eternam ſcilicet in cauſa quia habet graciam que facit eum dignum vite eterne Et in iudicium non veniet ſcilicet dampnacionis ſed tranſiet a morte ſcilicet a preſenti vita que mors eſt in vitam. Glosa. Quia oportet ſolvere debitum nature antequam veniat ad vitam glorie

Et aliud ewangelium in miſſis defunctorum

In illo tempore dixit Ihesus diſcipulis ſuis Omne quod dat michi pater ad me veniet// Et eum qui venit ad me non eiciam foras Quia deſcendi de celo Non vt faciam voluntatem meam ſed voluntatem eius qui miſit me Hec eſt enim voluntas eius qui miſit me patris Vt omne quod dedit michi non perdam ex eo ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die Hec eſt enim voluntas patris mei qui miſit me vt omnis qui videt filium et credit in eum habeat vitam eternam Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.

postilla vnius ewangelij

Omne quod dat michi pater ad me veniet etc. Ante inicium illius ewangelij Dixit Ihesus diſcipulis ſuis Ego ſum panis vite qui venit ad me non eſuriet Et qui credit in me non ſitiet vmquam// Tunc ſequitur ewangelium illud// Omne quod dat michi pater ad me veniet per fidem formatam Nam fides eſt fundamentum omnium virtutum Et eum qui venit ad me Iheſum, id eſt ad fidem et graciam meam non eiciam foras Id eſt nunquam ſubtraham ei graciam nec amiciciam meam ab ipſo dividam dummodo ipſe per peccatum graciam meam a non expellat Quia deſcendi de celo id eſt naturam humanam aſſumpſi Non ut faciam voluntatem meam ſed voluntatem eius qui miſit me Iheſus Sic per omnia voluntatem humanam ſubiat voluntati divine Matheus 26 Non mea voluntas ſed tua fiat Hec eſt autem voluntas eius qui miſit me patris Vt omne quod dedit michi non perdam ex eo Quia et ſi tali predeſtinatus aliquando cadit in peccatum mortale finaliter tamen reſurget Ambroſius Certus ſum quod deus nullum electorum ſuorum cadere permittet niſi eum meliorem ſurgere faciat de ſuo reſurrecturum non ſenſiſſet Sed reſuſcitem illud in noviſſimo die Iheſus ſcilicet de morte ad vitam glorioſam Hec eſt enim voluntas patris mei qui miſit me vt omnis qui videt filium Iheſum ſcilicet paſſibilem et mortalem et eciam hoc miracula facientem Et credit in eum adhereat ei ſic vnum verum deum per miracula ductus ad fidem// habeat vitam eternam ut ab ipſo preuenit quod eſt infallibiliter verum in predeſtinatis de quibus hic Chriſtus loquitur Et ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die Iheſus quo ad corpus Vt ſimul gaudeat in corpore et in anima etc.

Explicit poſtilla diſcipuli ſuper ewangelia in miſſis defunctorum

Expliciat postilla discipuli sup
ewangelia dnicalia Et super
ewangelia de sanctis cum sensu
litterali Collecta Anno dni
1441 · Ex postillis et sermonibus
illorum doctorum scilicet Expos
tilla Nicolai de lyra sup quatuor
ewangelistas Et expostilla Nico
lai de gorra sup quatuor ewa
gelistas // Et expostilla sancti tho
me de aquino sup Johannem
Et ex sermonibus wilhelmi lug
dunensis de tempore Et ex sermo
nibus Jacobi Januensis de tempe
et de alys Et si quid in pnti
postilla mg bn posui Subicio
me correctioni sancte matris ecclie
Et quilibet melius correctori subi
cio Et offero ad emendandum etc

Ly · i · Nicolaus de lyra Doctor
sacre theologie ordinis minorum
Gor · i · Nicolaus de gorra doctor
sacre theologie ordinis predicato
rum · Tho · i · sanctus Thomas
de aquino doctor eximius ordinis
predicatorum · Will · i · wilhelmus
lugdunensis Doctor sacre theo
logie ordinis predicatorum Ja
vel Jaco · i · Jacobus Januensis
Doctor sacre theologie ordinis
predicatorum Jor · i · Jordanus
Doctor sacre theologie de ordine
Augustinensium Et sic de alys

Wilhelmus Ircher [illegible]

[illegible] doctorum abreviacio [illegible]